

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Medicina e  
cum uariis

Moris medicinalis est ut sepe feruorem uiscerum in pruriginem cutis trahat; et plerumque inde interius curat, unde exterius sauciatur. Ita non nunquam diuine dispensationis medicamine agitur ut exterioribus doloribus internum vulnus adiuuatur.

Gregorius in moralibus.

---

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>):

adiuuatur] adimatur P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; Gregorius in moralibus] ibidem P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>